



Facilis Et Succincta S.S. Canonum Doctrina

Pirhing, Ehrenreich

Dilingæ, 1690

§. II. In quo loco reus, per Rescriptum impetratum contra illum, conveniri
debeat?

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61641](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-61641)

filiiorum prudentia res tales commo-
diūs expediantur.

§. II.

In quo loco Reus, per Rescriptum im-
petratum contra illum, conveniri
debeat?

DE Jure antiquo non potest aliquis per litteras Apostolicas trahi vel ci-
tati ad judicium ultra duas dietas, id est,
ultra iter daorum dierum, extra fines
Diæcesis suæ, ubi Domicilium habet; nisi
cum consensu utriusque partis litteræ alii-
ter sonantes fuerint imperatæ, aut juri
huic expressè derogatum fuerit c. nonnul-
li 28. b. t. cùm æquitas non patiatur,
cum tali injuriâ, damno & sumptibus ve-
xati reum ad placitum solam actio: &
hinc de jure novo hoc ipsum magis restri-
ctum est, ut trahi non possit per litteras
tales ad judicium reus extra fines suæ dia-
cesis ultra unam Dietam, sive unius
diei iter c. statutum 11. §. cùm verò b. t.
in 6. nisi res, de qualitigatur, sita sit ex-
tra diæcesis habitacionis, ultra unam
Dietam. Imò si actor & reus sint ejus-
dem civitatis aut diæcesis, domicilium in
eadem diæceti vel civitate habentes, cau-
se inter illos exortæ, non possunt à sede
Apostolica, vel Legatis ejus, committi
extra civitatem, aut diæcetum, ubi Do-
mesticum habent, prout habetur in rela-
to c. statutum juncta Gloß. V. ejusdem ci-
vitatis, nisi contra Episcopum suum, aut
Capitulum Cathedralis Ecclesiæ, vel
contra universitatem civitatis, villæ, aut
castræ actio sit instituenda, aut ob poten-
tiæ adverfarii, vel aliud justum impedi-
mentum civitatem talem, aut Diæcetum

ingredi non possit actor, aut reus; Non
potest autem Judex à sede Apostolica de-
legatus (sive actor & reus ejusdem sint
civitatis, aut Diæcesis, sive sint diversarum)
partes citare, aut causam cognoscere,
extra civitatem, aut Diæcetum, ad
quam est deputatus, nisi expressus par-
tium consensus accesserit, prout habe-
tur in relato c. statutum §. in nullo quoque
juncta Gloß. V. predictorum. & V. ex-
pressus, ne videatur sub formam manda-
ti in favorem partium determinati exce-
dere.

§. III.

De executione Rescriptorum sedis
Apostolica, vel Delegatorum facienda ab
Episcopo seu Ordinario loci, vel Ca-
pitulo Cathedralis Ecclesiæ,
sede vacante.

Resp. 1. si Delegatus Papæ ordinatio
loci mandat aliquid, quod ad exe-
cutionem cause sibi commissa pertinet;
illud Ordinarius exequi debet, dummodo
delegatus litteras suæ delegationis exhibeat;
que fidem faciat de potestate acce-
pta, prout habetur in c. sanè 11. de officio
delegati, & colligitur etiā ex c. cum contin-
gat. 24. b. t. quia in ea causa delegatus
superior est ordinatio, eò quòd vices
Papæ repræsenteret.

Resp. 2. Quòd, vacante sede, Cathe-
dralis Ecclesiæ Capitulum, si ad illud re-
scripta sedis Apostolica, de conferendo
alicui beneficio, destinatur, non possit
ea exequi, circa beneficium vacans, ad
solius Episcopi liberam collationem per-
tinens, c. unico §. cum verò, ne sede va-
cante Et. in 6. (nisi certam Personam
nomi-

E 2

nomi-